



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ  
Provinciæ Saxonæ S. Crucis**

**Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz**

**Nevhsii, 1706**

**VD18 10502327**

Titulus XII. De modo recipiendi ad Confraternitatem Chordæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)

## TITULUS XII.

### De modo recipiendi ad Confraternitatem Chorda.

**S**acerdos suscipiens ad Confraternitatem, breviter ut tempus patitur, illos, qui Chordam suscipere voluerint, de gratiis Indulgentiis, orationibus dicendis, & cæteris pertinentibus ad Confraternitatem, monet, deinde Chordam benedicit ut sequitur :

Ÿ. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

Ÿ. *Sit nomen Domini benedictum.*

Ÿ. *Domine exaudi orationem meam,*

Ÿ. *Dominus vobiscum.*

#### O R E M U S.

**D**eus qui ut servum solveres filium tuum funibus ligari voluisti, benedic quæsumus chordam istam, ut famulus tuus, qui ea velut ligamine pœnitentiali cingetur vinculorum eiusdem Domini nostri Jesu Christi filii tui memor existat, et in Confraternitate ad quam assumitur, salubriter perseverans, tuis cum effectu semper obsequiis se obligatum esse cognoscat. Per Dominum nostrum Jesum, etc.

#### O R E M U S.

**O**mnipotens sempiternæ et misericors Deus, qui pietatis misericordiam peccatoribus quærentibus veniam et misericordiam tribuisti, oramus immensam clementiam tuam ut hanc chordam benedicere et sanctificare digneris, ut qui ea pro peccatis cinctus fuerit, et misericordiam implora-verit, veniam et indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequatur. Per Christum Dominum nostrum.

Ff 3

Sacer-

Deinde aspergit Chordam dicendo :

*Benedictio Dei Patris ✠ & Filij, ✠ & Spiritus sancti, ✠ descendat super nos & super hanc Chordam ac maneat semper.*

Sacerdos dum cingit aliquem dicit :

*Accipe chordam super lumbos tuos, ut sint lumbi tui praeincti in signum castitatis & temperantiae, ut memor existas vinculorum Redemptoris tui omnibus diebus vitae tuae. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen.*

Deinde dicitur Oratio :

**D**omine Jesu Christe lux vera de vero lumine, qua sumus  
immensam clementiam tuam, ut per intercessionem Be-  
tissimi Patris nostri Francisci Confessoris tui mentem et cor  
famuli tui illumines, ut tibi casto corpore famuletur, et corde  
perfecto jugiter placeat. Qui vivis et regnas, etc.

Post hæc inscribitur nomen.

## TITULUS XIII.

### De modo celebrandi Jubilæum.

1. **S**ecundum Statuta Provincialia, nullus Pater aut Frater Jubilæum  
celebrare poterit, absque consensu Capituli Provincialis, vel R.  
A. Patris Ministri. Habito dicto consensu, & die celebrandi Jubilæi  
constituto, finitâ Sextâ vel Nonâ (post aspersionem aquæ benedictæ,  
si sit dies Dominica) præcedente Fratrem aliquo superpelliceo induto  
& crucem portante, sequuntur Fratres bini & bini, dein Cantores cum  
superpelliceis, postea Diaconus & Subdiaconus induti dalmaticis; de-  
in Officiator Pluviali indutus, qui omnes processionaliter pergunt ad  
Domum Capitularem, in qua tunc erit Jubilaturus, expectans cum  
aliis Jubilariis, si adsint, Communitatem.

2. Cum pervenerint ad ostium Domus Capitularis Superior cum  
Diacono & Subdiacono intrat illam, & accedens ad Jubilaturum tra-  
dit